

ALTER TEXTVS.

Matth. 15. Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. num. 32.

EXPOSITIO III.

Considera, ait Theophylactus, in Marc. hoc, quod Christus nullum vult dimittere ieiunium omnes vult deliciis suorum donorum alere. Si autem aliquis ab eo recedit ieiunium, inquit Simon Cassianus lib. 5. cap. 4. Non est paritas dantis, sed negligentia non accipientis, Ipse enim ex se est valde promptus, vt omnibus largiatur; ex nostra vero praua affectione impedimentum prouenit. Si dimisero eos ieiunos, absque cibo, in domum suam, Quatuor erant hominum millia, idem videbatur dicendum, In domos suas, Tamen Hebraico more singulare collectiue acceptum pro plurali. Moraliter. Ita charitate Christi extabant coadunati, ac vniti, vt iam non multi, sed vnum quid reputarentur, vt iam non multas domos, sed vnam habere videantur. Deficient in via, seu, vt habet Græcus, exoluentur, quod animi nerui resoluantur.

Quidam enim ex eis, Non ait, omnes, sed quidam: diuinum ingenium, vt ex quorundam meritis, ac necessitatibus alliciatur, vt omnibus subueniat. E contra homines ex demeritis, ac opulentis quorundam inducuntur, vt vniuersis dona sua denegent. De longe venerunt, Christi scilicet more attracti. De longe, nempe, ab occasione peccati, vt ait Beda. Hi enim veniunt ad Christum, qui à longè habent peccatum, & occasiones illius. Glossa Interlinealis, Haymon. De longè venerunt, inquit, Iudæi prope, de lege & Prophetis: Gentes vero de longe, nempe à cultu idolorum.

QVÆSTIO VIII.

Quare Christus tot hic apponit rationes, vt his hominibus subueniat?

Am supra ad miserandum quandam rationem præmiserat Dominus. Triduo sustent me, Nunc alias suggerit, Quia ieiunium, Quia deficiunt in via, Quia de longè venerunt. Vt ostendat, quod, quamuis supremus Dominus, cuncta disponebat, non potentia, sed ratione; qua ostendit conuenientem necessitatem operandi miraculum: nam aliter illud non ederet. Rationes hic apponit moraliter expendamus.

Primo ait Christus: Misereor super turbam: nec habent, quod manducent, Maxime mouetur Dominus ad illis suum panem porrigendum, quia videt eos ieiunos. Panis à Christo datus, typus erat sacræ Eucharistiæ, vt allegorizant D. Hieronymus, D. Paschasius, Eusebius, Beda, Haymon infra dandi. Mouetur Dominus, vt eos suo cælesti pane pascat, quia inspicit illos ieiunos, à cibo abstinentes. Vt moraliter instruat, ieiunium optimam esse ad Eucharistiam præparationem. Liberalius enim Christus in Eucharistia se tradit illis qui non solum à culpa, sed etiam à corporali superfluo cibo pridie se abstinent; Cuius rei rationem præclare assignat D. Paschasius lib. de corpore, & sanguine. cap. 20. Veruntamen, ait, quod ieiunium communicamus, & satis prouidè, vt dum sobrietas

48. Theophyl.

Cassian.

Charitas Christi vni-onem parit.

Græcus.

49.

Dem ob quorundam merita omnia benefacit.

Beda. Interlineal. Haymon.

50.

Rationes apponit.

51.

Hieron. Paschal. Euseb. Beda. Haymon.

Ieiunium preparatio ad Eucharistiam.

Paschal.

Sobrietas

sobrietas flagrat in corpore; dum omnis seruior carnis quiescit; & omnis animi sensus intelligentia, & discernendi ratione fortius vigent, Corpore ieiunat; acutior est intellectus, vt sic perspicacius celsitudinem tanti mysterij valeat considerare.

52.

Matth. 14.

Hieron.

Exod. 5.

Qui abstinet se ab Eucharistia, omnia mala illi comminantur.

Abulen.

53.

Beda.

Longe fiat homo à vitio, ac peccatis, vt veniat ad Eucharistiã.

Beda.

54.

Exod. 16.

Numer. 11.

Secundò. Ne deficiant in via, Cur magis præcauet Dominus, ac veluti nostro dicendi modo videtur timere, ne hi deficiant in via, quàm illi, qui in alio conuiuio interfuerunt? In præfato conuiuio astiterunt homines per vnum diem absque cibo. Vespere autem facto accesserunt ad eum Discipuli eius dicentes: Desertus est locus, &c. Matth. 14. num. 15. At in præfati per triduum, vt multi opinantur, ieiunabant, quod denotat multum tempus. Qui autem per triduum, diuturnum nempe tempus, à viuifico Christi pane ieiunat, ac se abstinere, maximè timendum, ne in via salutis deficiat, vt nec ad optatam felicitatem valeat peruenire. D. Hieronymus in cap. 15. Matth. Non vult, ait, Iesus eos dimittere ieiunos, ne deficiant in via. Periclitatur ergo, qui sine cælesti pane ad optatam mansionem peruenire festinat. Hinc dicebat Moyses Pharaoni Exod. 5. num. 3. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius. Expende verbum ne forte; quod timentis est. Veretur enim, ne, si per totos tres integros dies, id est per multum tempus, se abstineant à sacrificio adumbratio Eucharistiæ, pestis, aut gladius in illos irruat; per quod vniuersitas malorum exprimitur, vt aduertunt ibi expositores. Quod vno, vel altero die homo de hoc viuifico sacrificio non participet, pro infirmitate humana dissimulari poterit: at quod per totos tres integros dies non accedat, omnia sine dubio mala illi comminantur. Sic ait Abulensis in persona. Moysis. Nos volumus facere ista sacrificia, vt liberemur à malis.

Terriò. De longe venerunt, Ad horum verborum considerationem nos exhortatur Beda. Valde autem, ait, pensanda est pia sententia, que processit ex ore veritatis, qua dicitur, Quidam ex eis de longe venerunt, In his enim verbis subiicit Dominus miserendi rationem; ac si illis panem non esset daturus, nisi longum arripuissent iter. Panis hic figuram sacræ Eucharistiæ exprimebat. Huius autem viuifici panis non fit particeps homo; quin prius egrediatur, & longè à se habeat peccata, & vitia. Non enim ad hanc mensam sit accessus, nisi multum à delictorum illecebris recedas. Ciratus Beda. Alij post illatas iniurias, & violentias; alij, post perpetrata homicidia ad penitentiam redeunt, & ad Omnipotentis Dei seruitutem conuertuntur. Hi videlicet ad Dominum de longinquo veniunt. Quanto enim quisque plus in prauo opere errauit, tanto ab Omnipotente Domino longius recessit.

Perpende pabula, que Deus populo Israelitico in deserto præbuit. Dedit Manna, dedit & coturnices. De Manna, Dixit Dominus ad Moysen. Ecce ego vobis pluam panes de celo; egredietur populus, & colligat, qua sufficiunt per singulos dies, Exod. 16. num. 4. De illis autem volucris dicitur, Venius autem egrediens à Domino, arreptans transmare coturnices detulit, & dimisit in castra, Numer. 11. num. 31. Cur ad Manna colligendum populus mandatur egredi à tabernaculo suo, ac è castris; Coturnix vero desertur in castra, & in medium illorum. Vide quanta differentia inter vnum cibum, & alterum. Coturnix cibus corporalis, a materialis habetur inter castra, inter tumultus, Sylaera in Euang. Tom. IV.

nempe, ac delicias mundi. At Manna cibus spiritualis, Euchar. præfiguratus, vt colligatur necesse est, exire à tabernaculo, ac castris; Vt his instruat, quod Christi mensa non præparatur, nisi homini iam egrosso ab antiqua vetustate, ac mundi oblectamentis. Rup. lib. 3. in Exod. c. 11. Egredietur populus, ait, & colligat, qua sufficiunt per singulos dies: profecto & nobis spiritualiter egrediendum est, vt colligamus, quantum sufficere potest. Vnde egrediendum de pristina conuersatione, de vetustate vitæ, nondum enim deposita vetere homine, non est nobis, hoc Manna colligere; non est nobis, hunc panem dominicum manducare.

Marc. 8. n. 4. Et responderunt ei Discipuli sui: Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Num. 5. Et interrogauit eos: Quot panes habetis? qui dixerunt, septem.

VERSIONES.

Syriacus. n. 4. Vndenam potest aliquis hic in deserto saturare pane illos omnes? Arabicus. Vnde inueniemus panem in deserto, qui satiet hanc turbam? Variablis n. 5. Et interrogabat eos.

ALTER TEXTVS.

Matth. 15. Et dicunt ei Discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? Num. 34. Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt septem, & paucos pisciculos.

EXPOSITIO III.

D. Christi verba respondent Discipuli per interrogationem ad exaggerandam difficultatem. Vnde illos, seu, vt habet D. Mattheus, tantam turbam, poterit saturare panibus. D. Mattheus. Vnde nobis in deserto panes tantos? Carth. Discipuli tanquam suo Magistro familiarissimi pluraliter responderunt. Christus quippe singulariter dixit: dimittere eos ieiunos nolo, Discipuli vero in persona sua, ac Christi responderunt, Ad turbam subueniendam Christus de se tantum egit, dimittere eos ieiunos nolo: at Discipuli in hac prouisione exhibenda, de se, ac Christo tractant, difficultatem opponentes. Vnde nobis panes, Ministrorum conditio, quod in obiciendis impedimentis plus respondeant, quàm interrogantur. In solitudine, tam in hoc miraculo, quàm in alio de deserto faciunt mentionem. Chryl. homil. 54. Sic & prius, ait, & nunc solitudinis meminerunt quod quamuis ipsi ex imbecillitate dicebant, hinc tamen miraculum ab omni sinistra opinione liberant, Cum dicunt, In solitudine, euidentia miraculi declaratur.

Rupert.

Carth. 55.

Ministri prouidè ad obicienda impedimenta.

Chryl.

Diuino verbo refectur homo, vt necessitatem non sentiat.

Rupertus.

46.

Matth. 4.

Dei verbum regulare medium ad expellendam famem. Ambros.

47.

Cantic. 8. Septuagint. Carpath. Theodorit. Ambros.

Diuina vox pascit, quâ quilibet fruatur.



56. Christus ex propriis pascit suos.

Interrogavit eos. Cum ipse omnia optime nosceret, interrogat pro maiori evidentiā miraculi. Quot panes habetis? comparatos nempe in alimentum nostrā familiā. Christus valde frequenter cum Discipulis suis ibat in desertum. Hinc Discipuli pro sustentatione aliquid modicum secum ferebant. Matth. 16. num. 4. Magnus Princeps querit, quot panes sint in familia sua: suo enim pane subditos pascere curat. Suos Discipulos querit, ait Albertus Magnus, tanquam seminarium huius præambulæ multiplicationis. Ex paucis, quæ Deo damus, multa recipimus. Qui dixerunt septem. Qui, ut voluit D. Chrysostomus, & Paschasius citandi, non erant panes hordeacei, sed frumentarij. D. Marthæus scribit: Et paucos pisciculos. Syriacus. Et modicum piscium minorum.

Matth. 16.

Alb. Mag. Chrysof. Paschasius. Panes frumentarij. Marth. Syriacus.

QUESTIO IX.

Quare Dominus hic interrogat suos Discipulos?

57. Chrysof.

Optime sciebat Dominus, quot panes habebant; ad quid interrogat? Respondet primò D. Chrysostomus homil. 54. iam supra datus. Si non vis, quispiam obiciet, ieiunos dimittere, cur miraculum non facis? Ut, inquit, verbis de hac re ultro, citroque datus attentiores fiant Discipuli, & fidem suam ostendentes, peterent panes produci. Interrogat, ut eos inducat ad eius misericordiam implorandam, ac ad petendum panes. Deinde ut quo magis factum inter Christum, & Apostolos discuteretur, eò alius eorum memoriæ imprimeretur, & minus de miraculo dubitarent.

Res agitata manet in memoria.

58. Anselm.

Secundò D. Anselmus. Interrogat, ait, non ignarus, sed docendo responsurus, Interrogat veluti dissimulans, se scire, ut inde respondens occasionem fumat, ut eos magis doceat, & instruat. Bonus Magister aliquando dissimulat ignorantiam, ut inde magis doceat, maioraque det documenta. tom. 3. cap. 13. num. 54. & 55.

Bonus Magister ignorantiam dissimulat.

59. Abulen.

Tertiò Abulenſis quæst. 104. Querit Dominus, quia voluit ostendere, quòd istud miraculum non faciebat ex sola voluntate, sed ex necessitate quadam, quia erat vrgens inopia, quæ aliter non poterat subleuari. Et ideò, ut notat ipse Abulenſis quæst. 102. cum Dominus sæpe cæcos, claudos, ac debiles sanaret, ac etiam mortuos suscitaret, bis tamen panes multiplicavit, ac turbas saturavit: nam ad illa prima miracula sæpe ipsa exigentia instabat, quia sine miraculo sanitatem, ac vitam consequi non valebant, at ad multiplicationem panum bis in deserto intercessit gravis necessitas; vnde bis ipsos multiplicavit, ac turbas saturavit.

Miraculum operandum cum necessitate.

60. Paschaf. S. Thom. Remigius.

Quartò D. Paschasius, S. Thomas, D. Remigius, & alij communiter. Interrogat Discipulos, ut ipsi sciant miraculi magnitudo evidentiùs constaret. Nam cum quæsti respondeant, septem, tantum panes habere, postea tanta turba saturata, de miraculo dubitare non poterant. Si autem non quæreret, aliquis eorum forte existimaret, quòd multò plures extirerant panes; & sic de miraculo, vel de illius magnitudine anceps redderetur opinio. Deus enim sic sua miracula operatur, ut cunctis fiant manifesta. Vnde in alio conuiuio Christus dixit suis Discipulis: Quot panes habetis?

Deus vult, ut miracula eius sint evidentiâ sine suspitione.

Marc. 6.

ite, & videte, Marc. 6. num. 38. ut visu cognoscerent paucitatem panis; & inde miraculi magnitudinem perspectam haberent.

61. Exod. 17.

Egressus Populus de Ægypto, cum castrametatus esset in Raphidim, aquarum penuria multum pressus obmurmuravit contra Moyſen. Cui ad Dominum clamanti ait Deus: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel, & virgam, qua percussisti flumini, tolle in manu tua, &c. Exod. 17. num. 5. Mandatur Moyſi, ut antecede populum; nam ob sui murmurationem valde indignus erat Moyſis comitatu, spectaculoque miraculi. Cur ergo ei imperatur, ut cum senioribus pergat? Ad quid socij huiusmodi designantur? Iudæi, utpote increduli, poterant in dubium vertere, an iuxta petram præexistissent aquæ, quæ fluxerunt. Ut ergo omnis hæc amoveatur suspicio, iubet Deus Moyſi, ut secum assumat testes, qui videntes ariditatem loci, plenam facerent certitudinem, ac magnitudinem miraculi aquarum fluxus.

Abulen.

Abulenſi ibi. Seniores, ait, quia maioris auctoritatis erant apud reliquum populum, mandavit Deus accipi in testes miraculi novi, quia possent dicere Israelitæ, quòd ibi aquæ præexistenter, negantes miraculum; mandavit Deus seniores adduci, ut contemplerentur prius locum illum, viderent aquarum nulla præfuisse insignia, & subito de percussis silicibus aquarum abundantiam effluxisse.

Abulen.

Promisit Deus Abrahamo filium ex Sara, & ait textus. Erant autem ambo senes, prorethæque aratis, & deserat Sara fieri muliebria, Genes. 18. num. 11. Caietanus. Deserat esse Sara consuetudo mulierum, Per triplicem phrasim Saræ infæcunditas exprimitur. Senex, prorethæ aratis, fieri muliebria. Ad quid per tot modos declaratur; sat enim erat dicere, quod prorethæ esset aratis; vel quod ei deserat fieri muliebria? Nil superflue ponitur, ait Interlinealis. Ut commendaretur miraculum, si pariat, Ut Dei miraculum in concedenda prole ex Sara sit evidentiſſimum absque vlla suspitione, tot verbis Saræ sterilitas inculcatur.

62. Genes. 18.

Caietan. Maximè explicatur Saræ sterilitas.

Interlineal.

QUESTIO X.

Quare cum Discipuli non recordarentur de primo miraculo conuiuio, hic à Domino non reprehenduntur?

PRIMO in hac quæſtione quæro: Quomodo cum Christus dicat, se misereri super hanc turbam; nolleque, eam ieiunam dimittere; dicant Apostoli: Vnde illos quis poterit hic saturari? Cur de miraculo alio conuiuio non recordantur, ut panes petant multiplicari?

63. Quomodo Discipuli de priori miraculo obliui?

Respondet primò Abulenſis in cap. 15. Matth. quæst. 105. Quòd adhuc corda Discipulorum erant turbata, & imperfectè disposita, ut non intelligerent Christi miracula, licet ea viderent; quia fortè putabant, quòd non posset illa facere; & cum fieri videbant, stupebant; & tamen propter hoc non sibi determinatè persuadebant, quod posset postea similia facere. Vnde post primam saturationem, cum Christus ambularet super mare, & Discipuli eum non cognoscerent, dicitur Marc. 6. num. 52. Non intellexerunt de panibus, erat cor eorum obcæcatum. Sic sunt homines, ut videntes Dei

64. Marc. 6.

Abulen.

Dei

Homines sæpe oculos non in Dei potentiam, sed in propriam imbecillitatem conijciunt.

65. Quomodo non reprehenduntur statim?

66. Marc. 8.

Marc. 8.

Non semper reprehensionem instandum.

Idid.

67. Inter culpam & reprehensionem interponatur tempus.

68. Genes. 3.

Septuaginta. Symachus.

Ambros.

Datur statim, ut feruor appetitus sedetur.

Dei miracula, aut non percipiant, nec intelligant. Secundò, ermissum est, ut Discipuli sic respondeant, ut ter evidens, quod non habebant panum copiam, sed tantum septem panes. Tertiò, Sic respondit: non coniciebant oculos Discipuli in Christotentiam, sed in propriam imbecillitatem, ac curiam; inde valde difficillimum reputabant, hæc turbæ panes suppeditare.

Secundò quare cum Christi D. Discipuli hic nimis desunt in cognitione, ac recordatione operum illius, quare, inquam, ab ipso non reprehenduntur? Respondeo primò. Disponebat Dominus, vniuersæ huic turbæ panes porrigere, illique benignitatem suam impertire; noluit ergo tunc Discipulos reprehensione contristare, ne tunc eos mestitia afficeret, cum aliis benefacere parabat.

Secundò. De obliuione saturationis panum iam Discipuli sunt repressi citato cap. 6. Marci, & iterum à Christo obigitur Marc. 8. num. 17. Quid cogitatis, ait illiſiuis Magister; quia panes non habetis? nondum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cacatum habes cor vestrum, nec recordamini, quando quinque pres fregi in quinque millia: Quot cophinos fragmenorum plenos sustulistis? Ergo hic non fuerunt inctipandi; nec enim semper eadem culpa est obicienda, nec reprehensio semper infligenda, sed aliquando dissimulanda, ac in accommodatius tempus mittenda. D. Isidorus lib. 3. sentent. cap. 50. Plerumque, ait, Princeps iustus etiam malorum errores dissimulare nouit; non quod iniquitati eorum consentiat, sed quod aptius tempus correctionis expectet, quando eorum vitia vel emendare valeat, vel punire.

Tertiò. Cùm tam inmemore diuinorum beneficiorum respondeant, non statim increpantur à Domino, sed in aliud tempus retrahitur reprehensio, ut patet ex citato cap. 8. num. 17. Marci, Sæpe multa prudentia est, quod facta culpa, non statim arguatur, reprehendatur, ac puniatur, sed permittatur, quod aliquod tempus inericeat, ut aptius mens, sua ignorantia deposita, valeat in factum suum reflectere, illudque appendere, ac considerare.

Peccatum primi Parentes. Tunc scribit Moyſes: Cum audissent vocem Domini deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem. Gen. 3. num. 8. Septuaginta ad vesperam. Symachus, & alij: inclinante iam die. Delictum commiserunt Primi Parentes matutino tempore: Inclinate iam die, quinque horas, vel sex post peccatum perpetratum, ut multi interpretes autumant, vocatur Adamus ad iudicium, illiusque peccatum ei obicitur: De ligno, quod præceperam tibi non comedere, comedisti? Penamque ei infligitur. In laboribus comedes. Cur tantum spatium inter crimen, & iudicium interponitur? Cur absque dilatione sententia aduersus eum non promulgatur? Eleganter D. Ambrosius lib. de Paradiso, cap. 14. Quid est ad vesperam, ait, nisi quia culpam suam sero cognoscit, & sero venit quadam erroris præteriti verendum, quæ errorem præuenire debuerat? nam dum culpa seruetur in corpore, & anima exagitur corporis passionibus, non cogitat Deum sensus errantis. Commisso scelere, non statim aduolat sententia, sed datur spatium, ut appetitus inordinat ardor, concupiscentiæque stimulus sedetur, ut mens, tanta deposita nebula, in verecundiam veniat, sensumque grauitatem sui lapsus agnoscat, ut facilius Deum cogitans ex detestatione sui criminis

in penitentiam ascendat. Dum culpa seruetur in corpore, &c.

QUESTIO XI.

Quare hic non scribitur numerus piscium, sicut in alio conuiuio?

IN alio conuiuio scribit Ioannes 6. num. 9. Est puer hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. At in præſenti piscium numerus non adnotatur: Et paucos pisciculos. Respondet Abulenſis in cap. 15. Matth. quæst. 107. Quòd pisces primæ saturationis erant magni, & ideo duo dicti sunt. At in præſenti erant parui, itavt forte viginti ex eis non æquivalerent vni pisci; & iuxta communem usum, solum computantur numerice pisces magni, non verò parui, sed dicuntur pisciculi quidam: frequenter enim solum magni pro sua multa estimatione inter homines computationem habent; parui autem summation tantum, ac cateruatim referuntur.

69. Ioan. 6.

Abulen.

Magni in estimatione, parui in computatione.

70. Euseb. Beda. Haymold.

August. S. Thom. In lege veteri pauca donum in Evangelicam.

August.

Secundò. Per primum conuiuium de quinque panibus hordeaceis significatur lex veteris, ut inquit Eusebius Gallicanus, Beda, Haymon, & alij, de quo late infra quæst. 12. At per hoc conuiuium de septem panibus, & etiam frumentariis, ut iam dixi, intelligitur lex Gratiæ. Tunc ad quæſtionem Respondent D. Augustinus serm. 209. de Tempore, & S. Thomas, quòd per pisces, quibus homo pascitur, ac nutritur, denotantur dona Gratiæ, & dicuntur duo pisces in primo conuiuio, quia in lege veteri pauca, & rara fuerunt dona gratiæ in exiguo numero. At in lege Evangelica, in hoc conuiuio adumbrata, multi pisces multa dona supernaturalia. D. Augustinus citatus. Hic, ait, indefinitus numerus ponitur, quia sunt dona gratiarum. Non scribitur numerus, sed indefinitè dicuntur pisciculi, quia tot sunt dona, quæ in lege Evangelica nobis communicantur; ut non valeant à nobis recenseri. Dicitur: pisciculos quosdam. Dona enim Christianæ paupertatis, humilitatis, castitatisque, his, qui rem perfecte non capiunt, nec intelligunt, videntur parua, & humilia, cum tamen in se sint valde magna, præclara, & excelsa. Et cum Discipuli adhuc non essent summa perfectione expoliti, pisciculos dicunt.

Itinerantes filij Israel per desertum veniunt in Mara, vbi tantum erat aqua amarissima, à qua & locus nomen accipit, quodam tamen in aquam immisso ligno dulcis facta est. Postea vero, Veniunt in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palma. Exod. 15. num. 27. Cur tanta differentia inter primum, & secundum locum? Cur egressi à sterilitate primi loci, tantam in secundo inveniunt fecunditatem? In primo deuotatur lex Veteris, in qua tantum erat vnus fons aquæ, & amaræ ob rigorem, ac austeritatem illius legis, qua pœna talionis cuncta persoluebantur. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Matth. 5. num. 28. ut ibi dixi tom. 2. cap. 13. Et vnum tantum ibi erat lignum, nempe Virga Moyſis, quæ percutebat, & vulnerabat. Ab hoc loco deuenitur in Elim, in quo non est vnus fons, sed duodecim; non aqua amaræ, sed dulcissima; duodecim nempe fontes Apostolorum ad totum mundum innumeris gratiæ donis irrigandum, Septuagintaque palma, Discipulorum nempe Christi

71. Exod. 15.

Matth. 5.

Lex veteris austeris, lex Gratiæ multo dicitur aspera.